



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

26. An Parochus teneatur tempore pestis ministrare
Extremam-Vnctionem, & Eucharistiam cum periculo vita? Et quid si saltem
peste laborantes confessi sunt, an Parochus tuta conscientia in tali casu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Extremæ-Vnctionis. Ref. XXV. &c. 257

na, que hic
afficitur in
tom. 1. tr. 2.
§. vlt.
& in Ref. 17.
per vocam.
per Ref. 18.
§. vlt. & in
Ref. 19. ad
lin. 4. & in
ref. 4. §. vlt.
& in tom. 3.
m. 1. Ref. 9.
§. Prima sed
lege cam per
vocam.

tale omittit ex negligentiâ graui Sacramentum Confirmationis. Ergo erit etiam mortale omittit ex negligentiâ Extremæ-Vnctionem, nam qui commode potest recipere Sacramentum, & non vult, censetur illud contemnere. Et idē Toletus lib. 2. c. 14. in fine, sic ait. Hoc autem Sacramentum non est necessarium necessitate salutis, potest enim homo salvatur absque Confirmatione, tamen ipsum ex contemptu relinqueret, peccatum est. Est autem contemptus secundum aliquos, cum tempore Confirmationis apto occurrente, & commoditate oblata suscipiendo, non susciperetur, maximè si probabilitas adit non futura commoditatibus. Sic Toletus, cui addit Bellarminum tom. 1. lib. 1. de Sacram. in genere. c. 22. vbi postquam distinxerat necessitatem medijs, & pracepti, subdit, v.g. Sacramentum Confirmationis est praecipuum, sed non medium ad salutem simpliciter necessarium, ideo qui negligit accipere eammodi Sacramentum, peccat, sed si ex legitima causa non accipiat, nec peccat, nec impeditor à salute. Ita ille, & idem hoc doctrina videtur etiam militare, quando ex graui negligientia data oportunitate infirmus nolle sumere Sacramentum Extremæ-Vnctionis. In d. Turianus in summa part. 2. c. 136. dub. 1. concl. i. putat probabile esse, quod adit praeceptum sumendi Extremæ-Vnctionem tempore mortis.

2. Sed his non obstantibus, in rigore loquendo, puto non peccare mortaliter infirmos nolentem Sacramentum Extremæ-Vnctionis sumere, secluso tamen contemptu, & gravi scandalo, vt ego cum multis probauit in 3. part. tr. 4. ref. 170. & probant Doctores, quos citat & sequitur Tannerus tom. 4. diff. 7. quest. 1. dub. 3. num. 5. vbi recte adiurit, quod non censetur contemnere hoc Sacramentum hoc ipso quod sciens & prudens illud prætermittit. At licet hoc verum sit tamen quia asserit Ludovicus, de San Iuan quest. vnic. art. 7. de Sacram. Extrem. Vncl. dub. 2. concl. 1. [A se denotat que quando el enfermo está en peligro de muerte, y no quiere recibir este Sagramento estando en su inyizio cabal, se presume del, que lo menosprecia, y escandaliza a los fieles, pues no quiere recibir en femiciente passo una cosa tan prouechora, que perdona pecados, de gracia, y socorro sobrenatural contra las tentaciones.] Ideo curet Parochus ne infirmus sine hoc Sacramento moriat, & hortetur illum, vt illud sumat.

RESOL. XXV.

An Sacramentum Extremæ-Vnctionis sit suscipendum sub onere peccati mortale, & illud sub eodem onere re-
nuntiat Sacerdos Ordinarius in tempore necessitatis ministrare?

Etenim in casu necessitatis, si Pastor absteat, vel non possit, aut nollet iniungere hoc Sacramentum infirmo ministrare, tunc inferiorum Sacerdotem posse, renun-
tiare Parochio, hoc officium facere ex preumpita licen-
tia Pontificis, & Ecclesiæ? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 169.
alias 170.

[¶] p. hoc in Ref. præ-
dicta, signan-
ter in eius §.
vlt. & in aliis
eius prime
not.

E: sup. hoc
peccato ve-
niali summa

¶. 1. A D primam dubitationem secluso con-
tempnu, & scandalo negatiue respondeo,
& ita contra Petru Soto let. 2. de Sacram. Extremæ-
Vnctionis docet Villalobos in summa tom. 1. tr. 1. 10.
diffic. 5. num. 1. vbi sic affterit: [No ay præcepto de re-
cebir la Extremæ-Vnction, por laqual si se dexara no
es pecado, salvo si vuielle escandal, o menospres-
cio.] Ita ille, & nos alibi. An vero si peccatum ve-
niale affirmant Coninch de Sacram. diff. 19. dub. 10.
concl. 1. & Nugua in 3. part. tom. 2. quest. 23. art. 2.
Tom. 11.

diffic. 1. qui tamen notat, Suarez inclinare in illam patrem, quod nullum peccatum sit, sicut etiam hoc docere Villalobos patet in verbis supra allatis.

2. Ad secundam dubitationem respondeo nega-
tiuū cum Layman in Theol. morib. 5. tr. 8. c. 7. v. 3. vbi ita ait Sacerdos qui non est proprius Pastor, si abfente Parochio, licet, ac facile ministrare possit Sacramentum Extremæ-Vnctionis in casu necessitatis, ad id ex charitatis lege obligatur, quamvis non obligatione graui, sed solū culpa mortali, excepto si infirmus grauerit indigere videatur, quia alioquin sine omni Sacramento decedere deberet. Ita ille, qui citat Paludanum, & Coninch.

3. Notandum est tamen hic obiter in casu ne-
cessitatis, si Pastor adit, vel non possit, aut nollet in-
iungere hoc Sacramentum infirmo ministrare, tunc in-
feriorum Sacerdotem posse reiante Parochio, hoc
officium facere; nam in tali casu Summus Pontifex
licetiam illi præbere censendus est. Ita docent
Henriquez lib. 3. c. 13. n. 4. Caicetus vers. excomuni-
catione. 64. Armilla cod. verb. n. 49. & alij quos citat
& sequitur Layman vbi supra, c. 6. n. 2. quidquid in
contrarium alterat Sylvest. vers. excommunicatione. 7.
excom. 14. dub. 2. & D. Antoninus p. 3. tr. 24. c. 34.

RESOL. XXVI.

An Parochus teneatur tempore pestis ministrare Extre-
mā Vnctionem, & Eucharistiam cum periculo vita?
Et quid si saltu pestis laborantes confessi sunt, an Paro-
chus tuta conscientia in talis casu non teneatur Sa-
cramentum Extremæ-Vnctionis illis ministrare cum
periculo vita?

Ei an Sacramentum Pœnitentie teneantur Parochi mi-
nistrare ouibus suis etiam cum periculo vita? Ex p. 3.
tr. 4. Ref. 173. alias 174.

¶. 1. A Ffirmatiuam sententiam docent Sylvius
in 3. part. q. 32. art. 3. & Nugg. in 3. par-
tom. 2. quest. 33. art. ... diffic. 2. qui ita mordicus hanc
opinionem tenet, ut contraria existimet falsam, &
impian.

2. Sed iste auctor nimis rigide se habet in qua-
lificandis aliorum opinionibus; unde dicendum est,
opinionem negatiuam esse probabilissimam, & illam
docet ex Hispanis Theologis Villalobos in summa,
tom. 1. tr. 1. 10. diffic. 6. num. 7. vbi sic affterit. Aunque
el parroco en tiempo de pestie tiene obligacion de ad-
ministrar el Sacramento de la penitencia y de la Eu-
charistia, con peligro de la vida quanto a este Sacra-
mento de la Extremæ-Vnction, se ha de decir que si
el peccado puede evitarse el peligro de la muerte, tiene
obligacion a ministrare, mas si no puede sin esse
peligro, no tiene obligacion, porque este Sacra-
mento no es de precesto, ni es necesario para la sa-
lud del alma, aunque es vital. Asì lo rienén Armilla,
y Suarez; I quibus ego addo Mollesius in summa,
tom. 1. tr. 1. cap. 3. num. 51. vbi sic affterit. Si pelle
infeci confessi sunt, posse Parochos tuta con-
scientia hanc opinionem sequi, & Sacramentum
Extremæ-Vnctionis minime illis ministrare. Ita
Mollesius.

3. Notandum est tamen hic, quod Mollesius
loco cit. num. 52. idem dicendum esse putat de Sacra-
mento Eucharistia, sic enim affterit. Sacramentum Pœnitentie,
qua necessarium est ad salutem proximi,
tenerunt Parochi ministrare ouibus suis, etiam
cum periculo vita; Sacramentum vero Eucha-
ristia, & sic viaticum, non tenerunt cum tanto pe-
riculo, nisi necessitas proximi magna esset; vt quia
Mollesius.

in Ref. 1. 2.
cursum in fi-
ne. §. 1. & in
tom. 3. tr. 1.
Ref. 57. reci-
tante in §.
Arque. & §.
Sed dum

Sup. conten-
to in hoc §.
infra in Ref.
3. & in ro.
3. tr. 1. Ref.
59. §. Dico
secundo, &
signanter. §.
His supposi-
tis. & legi.

Y 3 valide.

Ref. i. huius validè dubitaretur de illius salute, si absque viatico annor per decederet; & at à longè posset Parochus hortari oves totam eam attente lega.

peste laborantes, ut patienter sustineant infirmitatem, ac propositum habeant suscipiendi viaticum; quia in casu necessitatis indicatur satis esse propositum suscipiendi, & si etiam adimpletur præceptum. Ita Mollesius, & ante illum Maior in 4. sent. dī. 7. q̄st. vlt. & dī. 23. q̄st. 1. sed contraria sententiam docent Villalobos ubi suprā, & Rodriguez in summa tom. 2. cap. 87. num. 8. cum aliis.

RESOL. XXVII.

An Parochus tempore pestis teneatur cum periculo vita ministrare Sacramentum Extrema-Vnctionis?

Et an in aliquo casu possit Parochus excusari a ministratore penitentia, ut quando esset certus moraliter infirmus non habere conscientiam peccati mortali?

Qnz hic est docui in 3. part. trāt. 4. refol. 174. Imò Fillius Ref. antecedens, & in tom. 1. trāt. 3. cap. 5. num. 99. putat in aliquo casu posse excusari Parochum a ministratore sacramenti Penitentiae, ut quando esset certus moraliter infirmus non habere conscientiam peccati mortalis, & alioquin periculum vita magnum esset. Vnde non est audiendus Turrianus in summa part. 2. cap. 136. dub. 3. conclus. 1. assertens Parochum teneri ad ministrandum hoc sacramentum subito laboranti morbo contagioso, etiam cum periculo contagij & mortis, & ita nostram sententiam teneret etiam Tannerus tom. 4. dī. 7. q̄st. 1. dub. 3. num. 62.

RESOL. XXVIII.

An agrotus, si non fuerit confessus in articulo mortis teneatur Parochus cum periculo vita Sacramentum Extrema-Vnctionis illi ministrare?

Et quid, si aliquis peste infectus, qui antequam incidet in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem, an tunc Parochus teneatur cum periculo vita hoc Sacramentum ministrare, nisi Pastor esset valde necessarius, ex cuius morte multis imminaret periculum spirituale? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 83.

§. 1. Respondeo negatiū cum Hurtado de Sacramento Extrema-Vnct. diff. 12. in fine vbi sic sit. Obseruandum est Parochum ex iustitia, aut ex fidilitate teneri conferre extreamam Vnctionem agrotō cā indigenti, cāque saltem interpretariē potenti, quia tenetur non solum necessaria, sed etiam virtutis rationabiliter potenti conferre, præterim in periculo mortis, nihilominus ad id non tenetur, quando ipsi immixtus periculum mortis ex administratione, ut ob pesteris infirmi, aut alteri, quamvis infirmis sit absque Extrema-Vnctione decessurus, & quamvis nullum aliud Sacramentum suscepit, quia ex una parte potest infirmus absque Extrema-Vnctione ne per contitionem salvari, & ex altera parte non sat i. confitit Extremam-Vnctionem sufficere, ad delenda mortalia quadam culpam. Ita Hurtadus, cui add. Adamum Tannerum in suis eruditissimis commentariis ad D. Thomam tom. 4. dī. 7. q̄st. 1. dub. 3. num. 62. Sed hoc intelligendum esse docet Jacobus Granado de Sacram. in 3. par. contr. 8. dī. 8. num. 6.

nisi Parochus certò sciret agrotum esse in statu periculi mortalium, & hoc remedium liberandum esse probabilius sibi persuaderet, nam in hoc casu, qui est metaphysicus est, patitur ager extremam necessitatem spiritualem, cui etiam cum periculo vita corporalis subuenire teneret. Ita Granados. Et alia cūlū simile ponit etiam Propositus in 3. part. quā. 1. de sacra exir. Vnct. dub. 6. num. 47. vt. v. g. si aliquis est infectus peste, qui antequam incidet in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem, tunc enim putat Parochum teneri cum periculo vita hoc Sacramentum ei ministrare, nisi Pastor esset valde necessarius, ex cuius morte multis imminaret periculum spirituale, non tenetur compescere illud ministrare, imò nec videtur possit, quia cum imminens grāne malum spirituale communione, cui obligatur, præponderet malo viuis & nigris obligeat ipsi communiat, quā finguis in particulari: vnde non potest cum graui detimento communiat priuatis consulere, v. g. in locis hereticis, vel vicinis hereticis, pro quibus vir pollitus Pastor inueniatur, saltem medicenter idoneus Pastor, cuius vita est necessaria ad conferendos fiducios in fide, non potest cum aperto vita periculo sacramentum Extrema-Vnctionis ministrare cum in casu sopra positio.

RESOL. XXIX.

An si agrotus sit morti proximus, & non inveniatur Parochus, possit simplex Sacerdos, etiā Regulare Sacramentum Extrema-Vnctionis infirmo ministrare?

Et an si extra casum necessitatis, abesse Parochus, Sacerdos infirmum vngueret, in excommunicatione præter peccatum mortale incurrit, vel in latere communicatio restringita sit tantum pro Religiosis part. 5. tr. 3. Ref. 82.

§. 1. Hic casus accidit in quadam villa, & id. hum. liber respondere cum verbis licet. Granado de Sacram in 3. part. contr. 8. tr. 3. vni. 1. dī. 8. num. 5. vbi sic assert. Dubitari potest, an sufficiat licentia tacita, vel presumpta propriae Patroce, ut Sacerdos secularis, vel religiosus politi alii ministrare hoc Sacramentum. Respondeo cum S. Ignacio in dī. 23. q̄st. 2. art. 1. quando clare præfinitur, proprium Pastorem id velle, tunc post licet ministrare hoc Sacramentum à quolibet Sacerdoti, vnde recte addunt Suarez dī. 44. se. 2. & Henrique cap. 13. §. 4. si agrotus sit iam proximus morti, & obtineri nequeat licentia à Parochio proprio, siue quia abest, siue quia non vult illam concedere, posse alium Sacerdotem conferre illi hoc Sacramentum, quia proprius Parochus non est rationabiliter institutus, & saltem credi debet summum Pontificis dictum, tunc velle, ne ager priuitor hoc Sacramentum, quod licet non sit de necessitate salutis, est valde vtile, & accidere potest, ut ab eo pendeat salus anima, si non inimicorum periculum mortalius, ut aliquando obriteri potest. Ita Granados. Vnde non est audiendus Gauantus in Enchirid. Epis. 20. Extrema-Vnct. num. 3. vbi docet Religiosos non posse ministrare hoc Sacramentum, nec etiam in necessitate; fed cu. 2. vnic. de sacra exir. Vnct. dub. 6. num. 43. & Antonio Fernandez in Medulla casuum confient. part. 1. cap. 10. §. 1. num. 8. vbi adiungit si extra casum necessitatis, absentie Parochio Sacerdos infirmum vngueret, in excommunicatione præter peccatum mortale.